



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//  
Canonicvm, Libri Qvatvor**

**Lancellotti, Giovanni Paolo**

**Basileae, 1566**

xj. De Diuortijs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

*a. attestatio-  
tiones.*

*b. c. literas. ex.  
cod.*

*c. uni. in pri.  
eo. tit. in 6.*

*d. c. duo pueri,  
ex. cod.*

*e. c. iuuenis. de  
Sponsal.*

*f. c. un. in fl.  
in 6.*

bus contractis ad carnis copulam sint enisi <sup>a</sup>. Quemadmodum autem ab impuberibus matrimoniū contrahi non potest, ita etiam ab infantibus sponsalia contrahi prohibentur, cum eorum nullus sit consensus: quare ab his contracta sponsalia ne publicæ quidem honestatis iustitiam parient <sup>b</sup>: quod etiam supra docuimus. Nec ætate iusta superveniente quicquam eis roboris accedet, nisi per cohabitationem & consuetudinem eorum mutuam, aut aliud factum, vel verbum eorum aliquod appareat, eos in eadem voluntate maiores septennio factos perseverare <sup>c</sup>. Quo tamé casu per subsequens aliud matrimonium solui poterūt <sup>d</sup>. Planè si maior septennio minoré septennio duxerit uxorem, & ad se traduxerit, ex hoc publicæ honestatis iustitia orietur <sup>e</sup>.

Porro ex sponsalibus, quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahunt, filij siue tacitè, siue expressè cõsenserint, obligantur, et ex eis publicæ honestatis iustitia oritur <sup>f</sup>.

DE DIVORTIIS,

TITVLVS XI.

Vod diximus supra, Diuortiū hodie iure diuino prohiberi, de matrimonijs secundū leges Canonicas contractis intelligendum est: ma-

trimonia verò legibus Canonicis interdicta, nō dubium est, quatenus de facto processerint, retractari: quos casus ferè supra recensuimus, quæ tamen dissociatio absque iudicio Ecclesiæ fieri non debet <sup>g</sup>. Item cum mulier viro absente, cuius de morte falsum nuntium acceperat, alteri sese copulauit, eo post reuerso, quem mortuū falso crediderat, posteriore matrimonio dimisso, ad prius quàm citissimè redire est compellenda <sup>h</sup>. Item si coniugum infidelium alter ad Christum convertatur, altero in veteri errore perseverante, & vel cohabitatione detrectante, vel blasphemie causam præbente, poterit ad alias nuptias absq; Ecclesiæ licentia transire <sup>i</sup>. Illo quoq; casu diuortiū permittitur, cum diuersæ religionis homo, qui ex sua lege plures vxores habebat, ad nostram postea religionem melioribus auspicijs migrans, cæteras omnes præter primam dimittere compellitur ex nostræ legis præceptis, vel ad primam redire, quam alia superducta repudiauerat <sup>k</sup>. Sed si contingat coniuges Christianos quandoq; à se invicem separati ob altervtrius fortè adulterium, vel aliam similem causam, non tamen id propriè erit diuortium: quia matrimonij vinculū solutum ex hoc nō est. Vnde neuter eorum altero superstitite

*g. c. 3. de diuort.*

*h. c. 1. 2. c. 3. 34. q. 1.*

*i. c. quanto. de diuort.*

*k. ca. gaudeamus. eo. tit.*



perstite alias nuptias experiri A potest: quod & supra nos sci-  
mus docuisse<sup>a</sup>.

DE CONVERSIONE  
coniugatorum,

TITVLVS XII.

**E**T si religionis causa semper  
& vbiq; præcipua sit, non  
tamē sic ei fauent iura Pon-  
tificia, vt matrimonia legitimè  
contracta altero coniugum in-  
vito hac causa dirimi cōcedant:  
neq; enim vult Deus tale lucrū  
cum tali dispendio compēsare.  
Quare si coniugum alter sine  
alterius consensu religionem  
fuerit ingressus, poterit ab al-  
tero ad thori consortiū retrahi,  
nec tamen matrimonio alteri-  
us morte soluto ad monasteriū  
redire compelleretur, quamvis in  
cælibatu eum posthac viuere  
oporteat<sup>b</sup>. Sed & si vir con-  
sensu per metum, vel dolum ab  
vxore extorto, religioni se de-  
vouisset, vxori petenti esset ni-  
hilo minùs restituendus<sup>c</sup>: si ta-  
men carnis copula inter coniu-  
ges nondū intercesserit, quam-  
vis præsentibus verbis matri-  
monium esset contractū, pote-  
rit coniugum alter etiam altero  
invito ad monasteriū transire,  
& alter in seculo remanens etiā  
alteris nuptijs operam dare, si  
continentiam monitus non ser-  
uarit, cum nondum vna caro  
effecti essent<sup>d</sup>. Sed ne hoc  
veluti commento oportuno ad

nuptias deludendas post iam  
præstitum consensum abvran-  
tur, erunt partes Episcopi certū  
terminum cautione idonea re-  
cepta præfigere illi, qui à matri-  
monio ad monasterium transi-  
re se velle dixerit, intra quem  
vel religionem ingrediatur, vel  
in coniugio constans sit<sup>e</sup>. Po-  
terunt etiam post confirmatum  
& consumatum iam matrimo-  
nium coniuges pariter concor-  
des monasterio se dicare, vel al-  
ter eorum altero continentiam  
vouēte, cum suspicio nulla sub-  
esset, ne integrè eam esset serua-  
turus<sup>f</sup>. Vnus est casus, quo, vel  
renitēte vxore, maritus se religi-  
oni addicere potest, cū videlicet  
vxor adulterij rea est etiam sub  
matrimonij specie contracti<sup>g</sup>.

DE GRADIBVS CO-  
gnationum,

TITVLVS XIII.

**N**unc videamus, quemad-  
modum gradus cognati-  
onis naturalis numeren-  
tur, & primū admonendi su-  
mus, Cognationem aliam su-  
prā numerari, aliam infrā, aliam  
ex transverso. Superior co-  
gnatio est, parentum: hoc enim  
vocabulo generaliter oēs ap-  
pellare licet, qui per directam  
lineam ascendunt, quocunque  
personis seu gradibus à me di-  
stent. Inferior cognatio, est  
liberorū: quæ vox omnes con-  
tinet, quicunque à me descen-

<sup>a</sup> supra de ma-  
trimo.

<sup>b</sup> e. quidam in-  
travit.

<sup>c</sup> accedens,  
ubi Ab.

<sup>d</sup> ca. 2.

<sup>e</sup> c. ex publico.

<sup>f</sup> ca. cum sis.

<sup>g</sup> c. cōstitutus.